Item ſemper poſt exordium debes incipere ab illa clauſula. Hinc eſt preceptorum optime ꝙ vos certū eſſe volo ꝛc̄. Exordium aūt eſt ſermo communis breuis et preambulans preparans animū ad inferenda .i. ad ea que q̄s pretēdit. Et dr̄ ſilitudinarie ſeu trāſſūptiue ꝛ methaphorice ab illo verbo exordior exordiris. quia ſicut textor exorditur. ita etiā rhetor. Item exordium habet ſe in epiſtola ſiue in aliqua orōne. ſicut preambulum in inſtrumētis muſicalibꝰ Exemplū. Affectus fauoris illuc ad promotorē de merito dirigitur. vbi procul dubio mens petentis contemnit Hinc eſt preceptorꝝ optime ꝛc̄.

Poſtq̄ dictum eſt de ſalutatione que eſt prima pars epiſtole. nunc ꝯñter determinabo de ſecunda parte epiſtole que narratio dicitur. et p̄mo eam diuidā. quia omne multiplex prius eſt diuidendum. ꝛ poſtea diffiniendū. cum om̄e multiplex ſit mater ꝛ radix erroris iuxta dc̄m Floriſte. Erroris mater eſt equiuocatio ſemper. Eſt igitur duplex narratio. ſcꝫ ſimplex et ꝯpoſita. Simplex eſt vbi tm̄ vnuꝫ narratur. Compoſita vero vbi plura narrantur. Exemplum de ſimplici Notifico tue diſcretioni tuū germanuꝫ circa natalis ad magiſterij gradū colonie ſe examini ſubmiſſurū Exemplū de ꝯpoſita. Refero veſtre dominationi ꝙ ſacriſta in vigilia ſancte Crucis ꝓpter preſumptionē enormen circa maius altare interficit plebanū. Inſup ducem auſtrie tp̄e autumnali, vt alſatiā deuaſtet prefatum nauigaſſe. Ceterum rhomanorū imperatorem propter malum regimen Franckfordie ab electoribꝰ diſpoſiturū. Poſita diuiſione narrationis. ꝑ quā res ſcitur in ſua potencia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 F 56

nunc ꝯñter ponam diffinitionem eius . per quã res ſcitur in ſua eſſentia quoniaꝫ id quod diffinitũ continet implicite hoc diuiſio continet expli‐cite. et ſic diffinitio et diuiſio differũt penes explicitũ et implicitũ Narra‐tio eſt rei geſte vel tanꝗꝫ geſte. rerum geſtaꝝ vel tanꝗꝫ geſtaꝝ declaratio. Dicitur primo (rei geſte) ꝓpter ſimplicem narratione . Et dr (vel tanꝗꝫ rei geſta) quia res ficta vel mentita etiam narrari poteſt . Dicit (reꝝ ge‐ſtarũ) qꝛ plures res ſm ſeriem in vnis litteris narrari poſſunt . Dicitur vel tanꝗꝫ geſtarũ) qꝛ plura ficta pñt narrari

Signa ſecun‐doꝝ articu‐loꝝ ſunt hec

Rurſum
Inſuper
Preterea
Denuo
Deinde
Iterato
Poſt hoc
Ceterum
Finaliter
Demum
Poſtremo
Vltimo

Et his ſiſia

In fine de‐bẽt locari

Notandũ ꝙ q̇ vult narra‐re aliqḋ . ſeruet iſtũ modũ Verbũ narratorium Pro‐nome (veſtre) Abſtractũ (dñationi) Captacio beni‐uolencie (cui ſemp̱ affecto obedire. Vꝫ. Partẽ inten‐ti. ego. Tempus in q̈ (circa feſtum. Martini) Cauſaꝫ propter quã. propter maio‐rem ſtudij inqu ſitionem. Locus ad que (ad pariſi‐us. Aliam partem inten‐ti. iturus ſum Ex prece‐dentibꝰ colligitur iſta nar‐ratio . Inſuper refero veſ‐tre dominaationi. cui ſemp̱ affecto obedire. quod ego circa feſtum ſancti. Marti‐ni propter maiorem ſtudij inquiſitionem ad pariſius iturus ſum

Verba nar‐ratoria

Refero
Aperio
Promulgo
Diuulgo
Clarifico
Denoto
Declaro
Inſinuo
Significo
Detego

Et eoꝝ ſy‐nonoma

Principes ſcribũt in plura‐li numero. vt ſic Mandamꝰ precipientes et ſimilia

Poſtq̃ꝫ determinatum eſt de ſecunda parte epiſtole que narratio appellatur. nunc progrediendo ad terciã ꝑtem epiſtole me conuerto. que peticio nominatur . ⁊ primo eam diuidam ex priori ratione dicta de narratõe. quoniã multiplex eſt. Peticionuꝫ alia ſimplex alia ꝯpoſita. Simplex eſt illa vbi ſolum vnum petit Compoſi‐ta vero vbi plura ꝑ ordinem petuntur. Peticio eſt rei impetrāde vel reꝝ impetrandarum decens poſtulatio. Vel aliter ſm Huguitionẽ ſic diffi‐nitur . Peticio eſt oratio ꝑ quam poſtulamus et deſideramꝰ aliquid qḋ iuſtum eſt. vel vtile. vel iuſtũ. vel honeſtum. Et ſic patꝫ ꝙ quatuor ſunt que ad petitionem pertinent. Vñ Catho. Quod iuſtum eſt petito. vel quod videatur honeſtum. Nam ſtultuꝫ eſt petere qḋ poſſit iure negari

	Preterea	Cuius rei cā	Notandū qn̄ q̄s
Signa ſecū-	Inſuper	Quamobrē	plura vult pete
doꝝ articulo	Ceterum	Quapropter	re tunc dēt ſp in
rum ſunt hec	Iterato	Ob quā rem	cipe nouū arti-
	Demum Sig̃ peticio	Ea propter	culū ab illis ſig-
	Poſtremo nis pncipij	Ea de cā	nis ſequentibꝰ.
	Iniuſta	Preterea	Pronomen vr̃e
	Nimis lōga	Qua de re	Abſtractū fuerē
Peticio	Inutilis	Cur	tie aduerbiū ob-
viciatur	Diminuta	Quare	nixe Verbuz pe-
	Non nccāria	Et his ſil'ia	titoriū ſupplico.
	Falſa		Quatinꝰ Par-
	Nō honeſta	Obnixe	tem intēti michi
Captatio	Affabilem	Humiliter	Tempus in quo
beniuolētie	Gratioſam	Inſtanter	circa pfatuz tem
Que ſe er-	Benignam	Attente	pus Locꝰ Inibi
ga me ſemp	Mitem Aduerbia	Inceſſanter	Aliam ptez intē-
	Humilem	Dietim	ti viginti aureos
	Beniuolā Oſtendit	Accurate	Verbuz. mittere
	Affabiliter	Suppliciter	dignemini. Ex
	Gratioſe	Mirū in modū	pdentibus colli-
Vel aduer	Benigne	Et his ſil'ia	gitur iſta petitio
bialiter	Mite		Quamobrē ve-
	Humiliter		ſtre reuerentie (q̄
			ſe erga me ſemp

benignam oſtendit) obnixe ſupplico. quatenus mihi circa prefatū tempus inibi viginti aureos mittere dignemini. Item peticionis loci ſunt quatuor. Primus quidem ex honeſtate conſtat. que in peticionē deducitur. Nam et dupliciter honeſtas conſideratur. aut em̄ pro amicis aut ꝓ inimicis rogamus. In amicis q̇dem ſatis patet. Sed de inimicis eſt exemplū Iunonis. quod facile ſuadebit. vt apud. Virgilium. vbi petit ab Eolo vt perdat naues Enee. quē ſibi cum reliquis tyrannis inimicum appellat. ibi Gens inimica mihi ꝛc. Secundus locus facilitatē rei aut muneris continet Tercius aūt locus ſumitur ex eo quod nos cōſequimur ex munere petito. Quartus locus ſumitur ab eo q̇d ille a quo petimus a nobis recipiet. ſi illud quod petimus cōſequimur ex munere petito. Quintum locum addere poſſumus. ſi ſine arrogantia commemorabimus beneficia que aliquādo in illum a quo petimus ꝯtulerimꝰ hic tamē locus non ſemp applicatur. Unde Areſtoteles in poetria ſua libro primo dicit Exemplis vtimur in docendo. vt facilius intelligatur quod dicitur. Ideo epiſtola de his locis taliter formatur.

Venit ad me veſperi familiariſſimus michi iohannes. qui cū mihi nō mō familiaritas antiq̄ neceſſitudinis. verū etiā affinitas iter

cidit Rogauit qꝫ me vt omniſtudio cura diligentiaqꝫ curarem ne bene ficium ſancti thome amitteret. quod prope modū ꝯſequutus eſt Ego vero cum te apud capitulum autoꝛitate plurimū valere meminiſſem nullumqꝫ plus poſſe ſcirem. ſtatim abs te petere. vt ſi quid vnq̄ꝫ gratuꝫ mihi te facturū exiſtimes hoc illud arbitreris Rogo em̄ vt Johannē ab emulis ſuis obtrectatoꝛibus qꝫ defendas. qui beneficiū prefatū arripere temptāt Hoc mihi in maximoꝝ cumulo benefitioꝝ collocabo. Erit enim mihi maximo honoꝛi familiarē meum opera mea hoc beneficiuꝫ obtinuiſſe. Nullū enim hucuſqꝫ beneficiū habuit. Profiteoꝛ qꝫ me tibi perpetuo obnoxiū ⁊ immoꝛtali benefitio ſoꝛe. Si quid in me etiā meritoꝝ interdum cōtuliſti. ſtudui ea quidē tibi ſummo ſtudio pro virib⁹ cumulata reſtituere

Exempla Damcte clariſſimi poete

Eol enamqꝫ tibi diuum pater atꝫ hominū rex
Et mulcere dedit fluctus et tollere ventus
Gens inimica mihi tirenum nauigat equoꝛ
Jlium in ytaliā poꝛtans victoſqꝫ penates
Jncute vim ventis ſubmerſas obꝛue puppes
Aut age diuerſas et diſcite coꝛpoꝛa ponto
Sunt mihi bis ſeptē preſtāti coꝛpoꝛe nymphis
Quaꝝ que eſt foꝛma pulcherrima theopeia
Connubio iungam ſtabili ꝓpꝛiam qꝫ dicabo
Omnis vt tecum meritis pro talib⁹ annos
Exigat. et pulchra faciet te pꝛole parentem

Nota pulcherrimā theoꝛicā ꝙ ſupioꝛuꝫ eſt inferioꝛes nominare ꝓpꝛijs noibus inferioꝝ aūt eſt ſuperioꝛes nomiare a dignitate vel merito ⁊ nō ꝓpꝛijs noib⁹ Hic eſt exᵐ primi. Eole nāqꝫ ⁊c. Sed exemplū vbi inferioꝛ nominat ſupioꝛē a dignitate ē reſpōſio eoli ad didoneꝫ

vbi reſpōdet. Eolus hec contra. tuns o regina quid optas Explorare lāboꝛ. michi iuſſa capeſſere fas eſt. Notandū ꝙ cum quis vult duo petere, quoꝝ vnū eſt maius alio. petat maioꝛa prius ⁊ minoꝛa poſteri⁹. ꝙ ſi maioꝛa cōſequi nō valeat. ꝙ tn̄ minoꝛa nō denegentur. Exēplū apud Therentiū eſt Notandū ꝙ non in omni petitione opus eſt vt omnes iſti loci cōcurrant. ſed petens cōſiderabit magnitudineꝫ ſiue qualitateꝫ facti. vt ſi ſit magnū quod petat merito omnes cōcurrant Sin autē ſit res parua minoꝛes loci concurrant Sed qꝛ in epiſtolis cōmendaticiis veniunt iſti qui nobis cari ſunt apud amicos noſtros cōmittunt, Aut q̇ aliquo amoꝛis et neceſſitudinis vinculo nobis cōiuncti ſunt noſ amicis neccārijs vel affinib⁹ cōmendant Jſtud luce clarius tibi ꝑ epiſtolam Jacobi publicij oſtendam. Tamē callide aduertendū eſt. vt ꝓ his ſcribere et eos commendare litteris noſtris videamur. qui beniuolētia obſuātia amoꝛe affinitate tribu virtute vicinitateqꝫ nobis chari eſſe debent. Vn̄ Therētius tercia comedia. Hinc etiaꝫ beniuolenciā his elicere verbis conatur Tamē vel virtus tua me vel vicinitas quā ego in ꝓpinquā ꝑtem amicicie puto. facit vt te audacter moneā et familiarit̄. Vel econuerſo iocūda oꝛōne. Etiaꝫ integritate ingenij ⁊ verboꝝ comitate penes

amicos noſtros commiſſos facimus. ſic Cicero pro lentulo valerio gaio
appio ſcribit Item oſtēdendum eſt virum quem ꝯmiſſum facimꝰ aut
genere aut maiorū autoritate nobilitate et dignitate Nec etiā prope ip
ſorū iure vendicare debuiſſe Et vrbanitate vero et affabilitate comita
teqꝫ ſermonis eos precibus aut ꝯmiſſione litterarū noſtrarū dignos com
probabimus. Hominē maxime omniū gratiſſimū collaudabimꝰ. Nec
cui charum facere nitimur veluti ingratū a ſeſe et beneficiorū immemo
rē reijciat Nichil em̄ ab ſurdius q̄ꝫ ꝓ ingratis ingrati nomine labore cō
fici nihil em̄ iniquius q̄ꝫ bn̄ficiorū immemori benefitia conferre. Nichil
iniquius q̄ꝫ parum equis equa etiā petere Ceterum breuibus dicā in hu
iuſcemodi epiſtolis curandū eſt. vt a quo petimus rem cōſequi valeamꝰ
Rem honeſtam finitam facileqꝫ non ſine blandimentorū illecebris cū
remunerationis ſpe exponamus. Hinc preclare a. Therentio illa egre-
gia commendatio conſcripta eſt. Mi pamphile huius formam atqꝫ eta
tem vides Nec clam te eſt q̄ꝫ illi nunc vtreqꝫ res inutiles. Et ad pudici-
ciam et ad rem tutandam fient Quod ego te per hanc dexterā oro ⁊ in-
genium tuū per tuam fidem. perqꝫ eius ſollicitudinem. Te obteſtor ne
abs te hāc ſegreges nec deſeras. Si te in germani fratris dilexi loco Si-
ue te hec ſolū ſemꝑ fecit maximū. Seu tibi morigera fuit in rebꝰ omni
bus Te iſti virum do amicum tutorem et patrē Bona hec noſtra tibi
committo. et tibi mando fidei.

Exemplum de littera cōmendaticia. quia cum commen-
damus tunc implicite et ex cōſequenti petimus. ideo illa omnia ad ter
ciam ꝑtē epiſtole ſpectāt videlꝫ ad petitionem.

On potui dulciſſime. N. efficere vt nunc ad te nō per
ſcriberem quanto feruore quanto ſtudio quanta deniqꝫ iocun
ditare. M. tuis ſacris legibus operam hactenꝰ dederit. qđ ſi in
ea facultate (vti ꝑ pulchre inceꝑat) ꝑgeret paucis poſt diebus ſummū
legum apicem adipiſceret. Quia vo heſterno veſperi quemadmodum
pecunijs deficere incepiſſet mihi retulit. ad modū vereor ne ſtudiū ſuū
deſerere poſtponere qꝫ cogatur. quod q̄dem impedies ſi ex redditibꝰ tu-
is quos hoc anno vberiores ꝑcepiſti. ſibi ſueqꝫ egeſtati ſubuenias. forta-
ſſis frater tuus qui vt audio q̄ꝫ primū ex aſia ad te veniat. Nam negoti
ationi fortuna plurimum arriſit. lucri ſui qđ ineſtimabi e eſt ꝯſequutus
te faciet participē potiſſimū ſi nepotis ſui virtutes et ſciencias q̄ꝫ plures
ab omnibus ꝓdicari. teqꝫ inopie ſue occurrere velle ꝑſumpſerit. Quid
inquā amabiliꝰ quid melius aut q̄d optatius poſſit accidere q̄ꝫ filium lit
terarū peritiſſimū moribꝰ eloquētia ac prudentia magnopere ꝑditum
habere. qui domui tue nobiſqꝫ familiaritatis et affinitatis vinculis cō-
iuntus auxilio conſilio honori ⁊ glorie eſſe poterit. ita qꝫ hec omnia tecū
mente fac reuoluas. pecunias primū ad eum tranſmittas. Hoc tū̄ ſcire
te velim niſi eum tanta egeſtate laborare vidiſſem atque eas impenſas
quas facies tam nccārias et frugi futuras. nihil hoc tꝑe ad te ſcripſiſſe
Quocienſcūqꝫ em̄ aliq̄d percepi qđ honori atqꝫ fortunis tuis potuit cō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 F 56

ducere aut detrahere non potui ſuper ſedere quin te redderē certiorem.

Captatio beniuolentie eſt ſermo ſuauis animum audientis beniuolum reddens ꝯmendatione moderata Nota aliquas regulas de captatione beniuolentie. Prima eſt. captatio poni debet poſt abſtractum. Exemplum Veſtrā exoro dignitatē cui ſꝑ affecto obedire. Secūda regula. ꝙ aptiſſim⁹ locus captatiōis beniuolētie eſt in petitione. i. ſi vis ponere tm̄ vnam captationē pone ad petitionem. ſic ſcꝫ Refero veſtre dn̄ationi qꝺ nunc tēpeſtatis in nouo gymnaſio in Solſtat operam ſtudio do Quapropter veſtre reuerētie (que m̄ hactenus ſtuduit ꝯplacere) obnixe ſupplico. Tercia regula. ꝙ qn̄ volumus ponere plures captationes beniuolētie tūc debemus eas diuerſificare. i. diuerſas ponere. et nō vnam et eandē bis Exemplum. Notifico veſtre reuerentie cui entiū opifex altam ſciam ꝯferre dignat⁹ eſt. ꝙ ego nūc tempeſtatis ab maiorē ſtudij. inquiſitionē ad pariſius iturus ſum. quamobrem veſtrā dominationem (que vobis pre ceteris ab altiſſimo ē collata) attente ſupplico. quatenus mihi triginta aureos ſuper feſto. Martini accōmodare dignemini Ecce ꝙ in iſta epl'a due ſunt captationēs vna narratōe. et alia. petitōe. et ſunt diuerſe Et dicit notāter (ꝯmendatione moderata. qꝛ nemo debet in captatiōe beniuolentie alicui maiorem vel minorē laudem attribuere q̄ꝫ ipſe meruerit. Notandū ꝙ captatio beniuolentie pt̄ formari ꝑmo a mittente ꝑ modū hūilitatis Ex^m Veſtrā exoro dn̄ationē. cui ſꝑ affecto obedire. Secūdo a recipiēte ꝑ modum laudatōis. Ex^m. veſtrā exoro paternitatē. que mihi hactenus ſꝑ ſtuduit ꝯplacere. vel q̄ ſe erga me ſepe nūero gratioſam exhibuit. Tercio a ſubiecto epl'e et h̄ dupl'r. vel a bono vel a merito. vt pꝫ in ſeq̄ntib⁹ figuris

- Bonoꝝ aliud
  - Nature
    - Pulchritudo — Que conſiſtit in debita ꝓportione membroꝝ
    - Fortitudo — Corporis / Anime
    - Facundia — In expeditōe lingue ꝯſiſtit
  - Fortune
    - Theſauri — Pecunie / Lapides precioſi / Clenodia
    - Poſſeſſiones — Vinee agri domus
  - Gracie
    - Virtutes
    - Scientie
    - Sunt gratie gratis date

Item pulchritudo fortitudo et facundia dicuntur bona nature. qꝛ inſunt nobis a natura. modo ea q̄ inſunt a natura nemo tollere pt̄. neq̄ ne ab his ꝯtingit vos laudari nec vituꝑari. Item theſauri poſſeſſiones dicūtur bona fortune qꝛ acq̄runtur ꝑ fortunā. vn̄⁹ O bona fortuna cur nō es omnib⁹ vna. Si omnibus eſſeꝫ vna. tūc nō vocarer fortuna. vn̄⁹ Regno regnabo regnaui ſum ſine regno.

Captacio Beniuolencie

Nunc reſtat vlterius de his bonis aliquid dicere. Et
primo de pulchritudine dicit Areſtoteles in politicis. Nõ om
nino inquit felix eſt qui ſpecie turpiſſimus eſt vel ſine prole
Sed areſtoteles loquitur de felicitate politica. de qua loquuntur layci.
ſed illa non eſt vera felicitas. Unde ſi felicitas cõſiſteret in pulchritudi-
ne. tunc ſequeretur ꝙ pauo eſſet felitior homine quia pulcrior ē. Nec cõ
ſiſtit in diuitijs. quia tunc iudeus eſſet felitior criſtiano. ꝯſequens eſt fal-
ſum. ergo illud ex quo ſequitur. Tamen Plato in thimeo dicit Formo
ſo principi homines libẽter obediunt. propter exteriorem decentiam in-
terius de virtutibus preſumẽtes. quoniaȝ anime ſequũtur corpora For
titudo eſt duplex. vna eſt corporis. et talis conſiſtit in viribus corpalibꝰ

Fortitudo est duplex

Alia eſt anime. et talis conſiſtit in animi excelſi atqȝ inuicti magnitudi-
ne ac robore. vt inquit. Cicero libro primo offitiorum. Facundia ſiue
eloquencia eſt magna gratia. de qua loquitur Tullius in offitijs. Quid
em̃ eloquencia laudabilius preſtabilius ve. Aut em̃ admiratione au-
diencium. Aut ſpe indigentium Aut eorum qui defenſi ſunt gratia illius
Huic quoqȝ a moribus noſtris a tota dignitate eſt pncipatus datus. Et
Lactancius capitulo primo de falſa religione inquit. Benedicere ad
paucos pertinet. bene aũt viuere ad omnes. Loqui ineſt nobis a natu-
ra. bene aũt et diſtincte et ornate ab arte In his em̃ Cicero totaȝ ⁊ arteȝ
ſuam fertur comſumpſiſſe. ſuadet quoqȝ filio ſuo illud eſſe faciendum.
vt par ſit ſibi in arte dicendi. Quapropter merito omnes ad huius ar-
tis operam ſe dare dignentur. vt bene diſtincte et ornate ſcribere valeãt
Et poſt meam compilationẽ etiã alios viros doctiſſimos in his exper-
tos legere et diligẽter indagare dignentur. Quoniã ad bene lauanduȝ
multa requiritur aqua Sic ad ornate ſcribendũ nõ ſufficit tm̃ dicta vni
us legiſſe. ſed multoꝝ. quoniã tot ſenſus quot capita. Et Virgilius ſic
inquit. Ite pierides non omnia poſſumus omnes. Item nota de
theſauro et poſſeſſionibus .. Si quis theſaurũ ⁊ poſſeſſioẽs diſtribuit ꝓ
pauperibus vbi necẽarium eſt et quãdo et quantũ. tunc quoddã bonũ
eſt Sin vero plus ſibi retinet. q̄ȝ debet. tunc quoddã malum eſt Et ideo
nõ multnm petere debemus theſauros et poſſeſſiones ſm pſalmiſtam.
qui ita inquit. Melius eſt modicum iuſto ſup diuitias pctorũ multas
Subdit cãm dicens. Quoniã brachia peccatorũ conterentur. ꝯfirmat
aũt iuſtos dñs. pſalmo. xxxvi. Nunc dicendũ eſt de bonis gratie. que
bona ſunt ſcientie et virtutes. De virtutibus exẽplificando verbis bre
uioribus quo ad poſſum. Et primũ dicã de prudentia. que circa pſpiciẽ-
tia veri ſolercia qȝ verſatur. ⁊ ſic eius obiectũ eſt verum Secũdo dicaȝ
de iuſticia. que conſiſtit in hominũ ſocietate tuenda tribuẽdo ſuũ cuiqȝ
et in contractarum fide. Tercio dicam de fortitudine que conſiſtit in a-
nimi excelſi atqȝ inuicti magnitudine ac robore. Quarto dicam de tẽ-
perantia. que ꝯſiſtit in omniũ (que fiunt) ordine ⁊ mõ. in quo eſt modeſ-
tia et temperantia Unũ Ouidius in libro metamorphoſeos. Eſt modꝰ
in rebus. ſunt certi deniqȝ fines. Quos vltra nec circa neſcit ꝯſiſtere re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 F 56

ctũ. vnde Omnibus adde modum modus eſt pulcherrima virtus. Et hec de q̃tuor ꝟtutibus cardinalibꝰ ſufficiunt ad ꝓpoſitum ¶ Nũc ſupeſt vt aliq̃d dicã de meritis ſm̃ que etiã captatões beniuolencie formant̃ Meritum eſt digna ſeu laudabilis ꝯditio. q̃ alicui pſone cã generis officij vel opis eſt attributa et ſic q̇ preeſt toti mũdo in ſpũalibus meret̃ dici papa Qui ſecularibus preeſt meret̃ dici impator. Qui operã dat ſcienciis meretur dici ſtudens ꝛc.

		Nobilitas	Papa	Niſi aliquis fece
	Innatũ		Ceſar	rit magnuz delic
		Ruſticitas	Rex	tum . non poſſet
			Dux	degradari . quili=
			Comes	bet doctor docẽs
Meritoꝝ		Permanẽs	Baro	approbatus reꝓ
			Miles	bari pôt. Exem=
			Doctor	plum de medico
			Magiſter	imperito. qui ſe=
	Attributũ		Preſbiter	mel approbatus
			Baculauriꝰ	eſt. poteſt repro=
				bari. de q̃ in lege
			Aduocatꝰ	vt gradatim .ff.
			Procurator	de mũe. et hõ. et
			Mgr̃ ciuiũ	dicit cãm inter ẽ
		Trãſitoriũ	Sculteꝰ	enim reipublice
			Reddituariꝰ	nec indoctus ne
			Granatariꝰ	imperitus medi
			Caſtellanus	cius aſſumatur.

de quo notat̃ in. c. ſecundo apoſtolicũ de preben. in glo. ſup ꝟbo ꝓponere tibi liceat Item licet q̇s in doctorem fuerit tanq̃ȝ ſufficiens aſſumptꝰ ſi repitur inſufficiens debet ab inſignibꝰ doctoralibꝰ ꝑuari. vt in. l. gramaticos. C. de ꝓfeſſ. nã ꝓpter preſumptõem gradus doctoratꝰ ad multa publica officia aſſumuntur. ſed ꝑ impiciã multos ledũt. Exemplum de bonis nature. vt veſtrã exoro dñationem quã abſolonis pulchritudo decorauit De fortitudine. veſtrã exoro potenciã quam achillis fortitudo roborauit. De eloquencia. veſtrã exoro eloquẽtiã quam vlixis facundia perornat. Unde vlixes fuit vir multũ facũdus. ſed non pulcher. vñ. Nõ formoſus erat. ſed erat facundus vlixes. Uel ſic. Quam ceceronis eloquẽtia decorauit. vel orthenſii eloquẽtia redemitꝰ eſt. De bonis fortune veſtã exoro potẽtiam. quã rerũ copia exuberauit altiſſimus De bono gratie. veſtram exoro prudentiam. cui entiũ opifex altã ſciam ꝯferre dignatus eſt. vel quem altiſſimus ſcientia decoratum ornatũ redemitũ voluit. De merito innato. veſtram exoro valitudinẽ. que a rege regũ nobilitate donata eſt clariori. vel cui in bello triumphum atq̃ȝ gloriã tribuit. Exemplum de merito attributo. veſtram exoro dignitatem que vobis ab altiſſimo pre ceteris eſt collata.

Tractatus de modo

Z Concluſio

Onclusio eſt premiſſarum in dictamine ornata determinatio
Signa principij ꝯcluſionis ſunt iſta ſi.qꝛ taliter alioquin ꝙ ꝛc.
Nota ꝙ pro principio ꝯcluſionis pt poni relatiuū.vt quod rela
tiue captum. Vñ tripliciter formatꝛ ꝯcluſio Primo maioris minori cum
gratia.vt ſi tua diſcretio fecerit gratia tibi prebetꝛ maior Aliud exemplū
ſi veſtra dñatio mihi erit obſequio ꝓ virtute mea recōpenſare ſtudebo.
Minoris maiori cum famulatu. Vt qꝛ veſtre dñationi fide dignus fa-
mulabor Aliud exemplum. Iſtud in maximoꝝ beneficiorum cumulo
collocabo. Equalis eq̄li cū amicicia. vt taliter amiciciā mihi oſtēdis ſin-
gularem. Vel ſic.taliter veſtras cauſas ſaluas faciam Vel ſic.qꝺ ſi nō fe
ceris maximā iacturā ꝯſequar ¶ Notandū ꝙ ꝯcluſio pt formari in om
nibus caſibus. Primo in noiatiuo.vt ſi feceritis veſtra paternitas meū
obſequium habebit firmiter ſubiugatum . In gtō.vt qꝛ veſtre domi-
nationi.fide dignus famulabor . In datiuo. pro quo veſtre reuerencie
digna reddam premia. In accō.quo pacto veſtrā dñatōem obedientis
maiori reſpicere curabo. Exemplū cū prepōne. qꝛ apud veſtrū dñationē
meum obſequiū omni tempeſtate augmentabitꝛ De ablatiuo.vt quo
nō pretermiſſio altiſſimum pro veſtra reuerencia attentius precabor
¶ Noca hic rhetoricā ꝙ ſupioꝝ eſt precipere.corrigere.parcere. Inferio
rum vo obedire.ſeruire.reuereri.et cedere. vñ Catho Crede maiori.par
ce minori. Concluſio ſpūaliū omniū cū orōne. vt quo nō pretermiſſo al
tiſſimum pro veſtra paternitate attencius precabor. Itē illud ſignum
alioquin nunq̄ȝ debet poni niſi in ꝯcluſione minatoria.vt fac hoc alioq̄n
q̄ꝺ iuris viſurus Itē vitiatꝛ ꝯcluſio nimis longa habens longum valete
etiā vitiatꝛ nō correſpōdens parti precedenti Nūc reſtat dicere de vna ꝑ
te minus principali.videlȝ de ipſo valete q̄liter formari debeat. Sȝ qꝛ
cicero princeps et pater latine eloquentie longe doctiſſimus. et reliq̄
in his rebꝰ preſtantiores raro vel nunq̄ȝ aliud poſuerūt valete q̄ȝ hoc.

Valete

Vale et iterū Iterum iterumqȝ vale. Vale me quoqȝ ſoles ama. Vale
te me quoqȝ ſoletis amete

	Locus	In golſtat	Exm. Datū in golſtat.die ſolis.anno.dñi.lxxxvi.
Datū	Dies	Solis Lune Martis Mercurij Iouis Veneris Saturni	
	Annus	Anno dñi ꝛc.	

¶ Sequtur nūc de ſupſcriptione quā ſcribūt principes et prelati reſpec-
tu inferioꝝ.ꝛ ponitꝛ in ntō ſupius in lr̄a anteq̄ȝ incipitur

Superſcriptio

Supſcriptio eſt maifeſtatio pſone mittētꝭ vl pſonaꝝ mittētium.gra
dus ſuperioris nominis meriti.ꝛ loci.vt. Dei gratia ſcribunt prela-
ti et nobiles ſuperiorum graduum Iñ exci-

piuntur comites maiores domino. vt eſt comes de vvirtenburch. de naſſau ⁊ ſimilibus ¶ Nota q̃uis q̃libet ſuperior ſe poſſet ſupſcribere reſpectu inferior. tñ iam abolitũ eſt ita q̃d tm̃ principes. marchiones. ⁊ comites ſe ſupſcribũt. iõ ſoluʒ ponũtur de talibꝰ pſonis illuſtribus exempla. ⁊ aliis nõ ¶ Nota ꝙ comites maiores nobilitate ſupſcribunt ſe reſpectu comitum maiorum domino. Oiuina miſeratione ſcribunt cardinales loco dei gracia. Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei ſcribit papa poſt nomen tm̃. Item papa vocat oẽs xp̃ifideles filios ſcʒ ſpũales. vt in. c. dilectus de maio. et obe. Item in xp̃o non addit niſi cum ſcribit regibus. reginis. et abbatiſſis Nota papa ſcribit ſe ſup reſpectu omniũ. et imperator etiaʒ ſuper reſpectu omniũ preter papam. Unde ſi in reſcripto vel in pͥuilegio papa nõ preſcriberet ſe tunc preſumeretur reſcriptum repetitũ vt in. c. q̃ graui. de reſcriptis. Nota ꝙ papa ſcribit ſe ep̃m et non vniuerſalem dominũ. quia nõ eſt maior ordo q̃ ſit ordo epiſcopalis dignitatis immo culmen et apex omnis dignitatis eſt in ordine ad alias dignitates ¶ Notãdum ꝙ prelati et nobiles ſupremor graduũ ſupſcribunt ſe reſpectu perſonarũ mediorũ et infimorũ graduũ ¶ Nota tamen theoricã ꝯmunem. cũ plures volunt ſe ſupſcribere. ſiue ſint pͥncipes ſiue prelati. ſeniores tñ primo loco ponendi ſunt. et ſimili mõ ſit in ſubſcriptiõe ⁊ ſupſcriptione Unde ſeniores preferri debent in electione actiua et paſſiua in reſponſione et ſubſcriptõe. vt habet̃. lxi. di. c. pͥmo Itẽ ſeniores magiſtri potius ſunt audiendi. vt habetur xv. q. prima. in canone ſic viue. ideo notanter dixi ꝙ ceteris paribus ſeniores debet locari prius

	Patriarcha		
	Archiep̃s	Cardinalis ſa	Laurencij
Exm̃ q̃liter ſcribunt	Epiſcopꝰ	cro ſancte rho	Marci
Cardinales. qꝛ ſunt	Preſbiter	mane eccleſie	Sixti
dñ̃tes. iohannes di	Dyaconi	Tituli ſancti	Crucis
uine miſeratione	Subdiaconꝰ		Laurencij
	Clericus		In damaſco

¶ Nota omnis dñs ſupſcribit ſe reſpectu ſui ſubiecti. etiam ſi ſubiectus domino ſuo fuerit equalis in dignitate. vt patet de comite in vvittenburch ſcribenti domino de zorn. de helfenſteyn. de kirchberch. Romanorum imperator ſemper auguſtus Romanorum rex ſemper auguſtus ¶ Nota ꝙ imperator ſcribit ſe ſuper reſpectu omnium preter papam Nunc reſtat dicere de ſupſcriptione

Ubſcriptio eſt manifeſtatio perſone mittentis vel pſonarũ mittẽcium gradus inferioris. ¶ Nota ꝙ hic penitus nulla ſit mencio de ap̃lico. qꝛ ipſe non ſub ſcribit ſe. cuʒ in tota chriſtianitate non habeat aliquem ſupra ſe Fratres ſcribunt. oĩes religioſi. et ideo exemplificat de religioſis qui ſe humiliare debent et eſſe mortui mundo. nomen meritũ loci ſpecificationẽ. Dei grã ſcribũt p̃lati et nobiles ſupremoruʒ graduũ. Iñ excipiunt comites maiores dñio. Diuina miſeratõe ſcri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 F 56

bunt cardinales loco dei gracia. ¶ Nota φ cū cardinales ſunt in vrbe tunc obmittunt titulū gratia breuitatis vt ſic ſcribūt Petrꝰ diuina miſeratione cardinalis ꝛc. ¶ Nota φ ſupſcriptio ⁊ ſubſcriptio totalit̄ ſunt eadē niſi φ ſupſcriptio ſpectat ad ſupiores. et ſubſcriptio ad inferiores ¶ Nota φ ſupſcripto et ſubſcriptio ambe fient in ntō. Finaliter reſtat dicere de ſupraſcriptione. que debet formari vt ſeq̄tur

Determinationem accipe in ꝑncipio in dtō. vt ſanctiſſimo reuerendiſſimo ꝛc. In xp̄o patri ſcribitur prelatis ſupremi gradus In xp̄o fratri ſcribit papa cardinalibus. archiepiſcopis epiſcopis. ceteros vero homines vocat dilectos filios.

	Patriarche	
	Archiepō	Cardinali ſacre
	Epiſcopo	ſancte rhomane
Cardina	Preſbitero	eccleſie tituli ſancti
libus ſic	Dyacono	Laurencij
	Subdiacono	
	Clerico	
Principi		Principi
Comiti	Cuilibet	Comiti
Militi		Militi
	Diuinaꝝ rerū interpreti	
	Hereſum expugnatori	
Nomen	Sacre theologie	Doctori eximio
	Diuinaꝝ litteraꝝ	dn̄o ac ꝑceptori
	Vtriuſqꝫ iuris	ſuo pre ceteris
Meritū	Decretoꝝ	colendo ſiue
	Sacroꝝ canonū	obſeruando
Loci ſpeci	Pontificū iurium	
ficatiōem	Legum interpreti	
	Medicine	
Magiſtro	Viro iohāni. M. optima	Domino ac precep
Venerabili	rū arciū. vel bonarū	tori ſuo pre ceteris
Venerando	artiū interp̄ti. vel	colendo
Perornato	Magiſtro bn̄merito	

Ac his dn̄o ſcribitur prelatis ⁊ nobilibꝰ ſupremi gradꝰ. Dn̄o ſemel ſcribitur preſbitero militi et graduato Viro ſcribit̄ oībꝰ aliis cuiuſcūqꝫ ꝯditionis fuerint ¶ Nota φ illa predicata Sommo pōtifici. ⁊ ſemꝑ auguſto ſunt ſpēaliſſima predicata. q2 ſolū illis et nō alijs ꝯueniūt ¶ Nota qđ papa ſcribit regibꝰ. cariſſimo in xp̄o filio. vt patet in. c. intellecto de iure iurando. Item impator đr auguſtus. nō φ ſemꝑ augeat. ſed q̄tum ad affectum. debet enim eſſe ad hoc affectionatus. vt quantum in eo ſit qđ ſemper velit augere imperium ſacreſancte romane et venerabilis eccleſie. Summo pontifici domino noſtro miſericordiſſimo. clementiſſimo beatiſſimo. mitiſſimo. omni laude digniſſimo ſacroſancte rhomane. et vniuerſalis eccleſie. cardinali tituli ſancte crucis domino meo ḡtiſſimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 F 56

ornate loquendi

Rhomanorū imperatori ſemper auguſto dn̄o noſtro inuictiſſimo Rhomanoꝝ regi ſemper auguſto dn̄o meo gratiſſimo. Captatio beniuolētie tripliciter formaꝛ. Minoris maiori cum grā. vt dn̄o meo gratioſo. Maioris minori. noſtro fideli. noſtro ſingulari Equalis equali. amico ſuo fratri ſuo Nota hic theoricam huius artis pulcherrime adinuentam.

Primo volens facere epiſtolā. primū capiat ſalutationē longam vel breuem vel ſubintellectam. vt patet in principio de parte epiſtole. vel loco ſalutationis capiat vnū affectum. vel ibidē exemplificatū eſt. vel ponat exordium vt ibidem in figura patet. Secūdo tranſeat ad ſcdam partem epiſtole. que narratio dicit. et capiat vnū verbum narratorū vt ibidem reperitur Deīn vnum ꝓnomen. Deīn vnū abſtractum Deīn captationē beniuolencie. Poſt hoc qd̓ coniunctionale. Poſt hoc partem intenti. ſcꝫ ego vel nos Poſt hoc cauſam. deīn locum. et finaliter tempus. poſt hoc verbum. Et ita fac etiā in petitione. ⁊ pone concluſionē. ⁊ valete. et datū quemadmodum habes in partibus epiſtole ꝑcedentibꝰ. Exemplum de his omnibus Magiſter paulus leicher de Eſſlingen venerabili viro magiſtro Johanni dornuorcht. S. P. Venerabilis magiſter refero veſtre dilectioni. que mihi hactenus in ſingulis complacere ſtuduit qd̓ ego arduoꝝ grā negociorū circa Martini feſtum equitaturꝰ ſum ad Coloniā Nunc ſequitur tercia pars quā etiam formare debes ſm ordinē. primo capias ſignum petitionis ꝑncipij. ſecundo ꝓnomen. tercio abſtractum. quarto verbum. quinto captacionē beniuolentie. poſtea quatenꝰ. ⁊ poſt hoc ꝑtem intenti. poſt hoc tempus. deīn cauſam. poſtremo aliā partem intenti. tunc habes petitionē. Exemplū. quamobrē veſtre dilectioni obnixe ſupplico. q̄tenus mihi circa prefatum tempꝰ ob mei honorē vnum ſeruum cum vno equo accōmodare dignemini Nūc ſequit̄ ꝯcluſio. Q̄ ſi feceritis in maximoꝝ beneficiorū vos cumulo collocabo. Valete feliciter. me q̄ꝫ vt ſoletis amate. Datum in Goldſtat die ſolis ꝓxima ante Egidij. Anno. xcvi Nunc ſequuntur diuerſa epiſtolarum genera.

Monitoria

Quibuſcunqꝫ in rebus auxilio et conſilio meo opus erat adeo facilem ⁊ beniuolum te ꝓbuiſti. vt nō mō mihi ꝯſuleres meqꝫ admirares. verū ne aliq̄d quidem attemptare decreuiſti. quin prius opinionē meam de ea re percepiſſes. ex qua q̄dam tua in me beniuolentia ac familiaritate tantū animi affectum fiduciamqꝫ nactuſſum vt nihil mihi ad impetrandū difficile videatur. Quare ne hoc q̄dēꝫ tpe acquieſcere potero q̄n ea (que honori ac vtilitati tue ꝯiūctoꝝ qꝫ tuoꝝ plurimū ducere poſſint) ad te ꝑſcribā. Noſti ꝙ nobiliſſima tua familia (qꝫ per longiſſima tpa a maioribꝰ tuis deſcendit) nūc in te vnico indiuiduo conſuatur. Ne igit̄ in toto pereat vt legittimo te matrimonio copules oportet. Ex qua quidem copula ⁊ ſoboles tua ꝓpagatur familia cōſeruatur et maioꝝ tuoꝝ laus honorqꝫ immortalis reddat̄. qui etiaꝫ noſtre ciuitati et tue familie cunctis minoribꝰ qꝫ noſtris cōſulere valeat. Ab emuliſqꝫ et aduerſarijs noſtri poſſunt tueri. Vale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 F 56

Conſulatoria

Ccepi ſupiorıbus his diebꝰ ex litteris iohannis qꝫ te laudum
meaꝝ amplificatorē ſimul qꝫ bonoꝝ meoꝝ defenſorē. emulis
qꝫ meis te aduerſariū prebuiſti. Preterea in rebus meis fami-
liaribꝰ gerendis te adeo familiarē ⁊ facilem pbuiſti. acſi res ꝓpria tua a
geret. Ex qua qͦdem re ea mihi adlata eſt fiducia vt nihil abs te impetrā
dum michi difficile videat . preſertim tū cum ea abs te rogo q̄ vtilitati
tue conferre aliqͦd poſſunt. Credo equidem te non fugere quāto tpe ci-
uitas noſtra obſidione tenetur. et quēadmodū milites predia nrā deua
ſtarunt. Agri noſtri deſolati relinquuntur. et pene omnia ad nihilū re-
dacta ſunt. quāobrem frumento incipimꝰ deficere. qͦd profecto tanti ex-
iſtimatur. vt his exiſtimatio. vix valeat pecunia equari. Sed quia te fru
mento admodū abundanter gaudere percepi. tibi pſuaſum eſſe velim:
ne id aliquo tpe hoc pacto diſtrahas . ſed magis aliud emas ac frumen
to tuo adiıcias . q̄ primū em̄ ab iſta obſidione liberamur qͦd paulo poſt
futurū ſpero frumētum tuum ipm huc adduci fac. ⁊ eo precio quolibꝫ
venundare poteris. Vale felix

Deprehenſoria

Om in hieroſolimas vna ꝓficiſceremur ea familiaritas ac ne
ceſſitudo (q̄ inter parētes noſtros ſp fuerat) et tandem nobis
hereditario quodā iure relicta et roborata ac ſtabilita ē adeo
vt nos inuicem ad bona quelibꝫ inuitare ⁊ a malis retrahere quantum
poſſibile ſit debeamus . Sꝫ qꝛ nudiuſtercius ad aures meas ꝑuenit. qͦd
litteraꝝ ſtudijs poſthabitis honore ꝓprio neglecto luxurie ſordibꝰ laſci-
uieqꝫ animū applicaſti. qͦd mihi ꝑfecto moleſtiſſimum ē. ac mentē ſum
mopere exagitat plane. niſi huic finem feceris ab hmōi vicijs te retrax-
eris. familie ac patrie tue dedecori eris. et tandeꝫ fortunis prodigaliter
expoſitis inops omniū amicoꝝ expars preſidio miſerrimꝰ hoim euadeſ
Solent nāqꝫ meretricule amatores ſuos (poſtq̄ ipſis bona blandicijs ⁊
dolo abſtulerunt. et per ꝯſequens depauperauerūt) plus ceterꝫ ludibrio
habere. et qͦd peius eſt cito eorundem egeſtatē . et infamiā per vicos et
vrbes dilatare. Qͦd ſi hāc vitā inpuriſſimā (quā inſtituiſti) poſtponen
dā animū duxeris et lrāꝝ ſtudijs et vtutibꝰ operā dederis. hoc tibi polli
ceri audeo in paucis annis elapſis ſummos honores ampliſſimaſqꝫ lau
des et ingentes diuicias ꝯſequeris. Scio nāqꝫ te ingenio et eloquencia
bene preditū ſingulari. quod qͦdem ingenium ſi ſanctis vel virtutibꝰ ap
plicaueris oēs coetaneos tuos antecellere videaris . Rogo igit mirū in
modum ſi vnq̄ tibi rem gratam facere ſtudui . aut efficere aliqͦd (quod
tibi gratiſſimū ſit) potero. vt tamē mei grā ab hac vita turpiſſima ad ho
neſtatē te reducere digneris. Vale feliciter

Minatoria

Ccepi equidē ſuperioribꝰ his diebꝰ ex veredicoꝝ hominū relatu
q̄liter vbiqꝫ fame mee detrahas et denigrare facias. nō obſtante

ꝙ te multis tranſactis tēpeſtatibꝰ ⁊ enutriui ⁊ educaui ſciētijs moribus
et diſciplinis. qđ tibi minime cōfiſus fuiſſem. immo innitus de te audio
Quapropter ab hmōi detractionibꝰ et ingratitudinibus erga me deſiſ
tere digneris. qm̄ ſi ꝑamplius a te ꝑcepero obmittere ⁊ ſupſedere nollez
ſed potius te corpore et rebꝰ tuis mediāte iuris ſtrepitu ꝯuenirem.

De plangitoria

Uiſum q̇dem ſapientiſſimi patris tui ꝑacerbe tui. qui quinto
c kalendas iunij renūciatꝰ ē mihi. neqȝ em̄ poterā nō ꝯmoueri
non minorē ꝑſuadere ex eius mihi morte iacturā factā eſſe ꝙ̄
tibi Erat em̄ is mihi antiqua familiaritate ꝯiunctus. et rerū meaꝝ dili-
gens adminiſtrator. Neſcio aūt mei potius ꝙ̄ tui cauſa moleſtia hec in
illata ſit. Te em̄ vt fratrem colo. non em̄ minꝰ pene tibi ꝙ̄ michi amoris
tribuo. Uerius tñ dicam vtriuſqȝ me vicem dolere. atqȝ ita dolere. vt
ſummis lachrymis cōficerer. niſi me ꝯſuetudo vel potius lex nature ꝓ-
hiberet. q̄ docet neminē vitam ſuſcipe poſſe niſi moriendū ſibi ꝓponat
et paratꝰ ſit q̄cunqȝ obtulerit fortuna ꝑicula equo animo ferre. Sapiē
tiſſimū q̄ȝ euȝ ſꝑ exiſtimaui q̇ quociens caſus euentū viderit nulla poſ-
ſe rōne depelli nihil oīmode meroris inducat. morti em̄ reſiſtere temera
rium eſt. Ea nāqȝ talis eſt vt deferri q̇dem poſſit. euitari aūt minime.
Uaria aūt ſunt genera mortis atqȝ incendia. illi aquaꝝ ſuffocatione il-
le cedis calamitate. illi miſerandaꝝ feraꝝ impetu moriunt̄. Itaqȝ prīs
tui obitū eo equiori animo feres. q̄ magis nature ꝓxima mortis ſpēm
eius interitus accidit. Nā et domi mortuus eſt. ⁊ grādis etate interijt vt
ꝯceſſiſſe illum nature putemꝰ. Nullū deniqȝ aptius tibi ſolatiū inueni-
es ꝙ̄ gentilium ſapientiā ſimul atqȝ animi magnitudinē quibꝰ Catho
ꝓ defuncto filio viro clariſſimo laudationem habuit. in q̄ ſingulis q̇ ad
funus ꝯuenerāt ꝯſolatiōis attulit conſilia. Quo nāqȝ animo q̇ntus fa
bius cōſularis filij ſui obitū tulit oēs intelligunt. atqȝ ſecunda gentiles
nichil omnimode veritatis ſacroſancte fidei hic attingebat. q̄ ſola nos pe
ne cogit ad nrōs caſus fortiter ferēdos. ⁊ qđ deo placuit magnanimo ſu
ſcipiendū: que cū ita ſint pectoris amaritudies quātopere motus ꝙ̄ faci
le deponas. ⁊ cōmori q̇dem ꝓprium hois eſſe cogitabis. Sapientis aūt
qđ humana natura afferat eſt ſapientiſſime moderari. Uale felix

Monitoria et conſolatoria ſimul

Si vales bene et ego valeo. Preceptorū optime quāꝙ̄ te meis
litteris hactenꝰ certū nondū fecerim nō mee ſegniciei. ſȝ potiꝰ
baiuloꝝ inopie eſt imponendū. Quaprop̄t te certum eſſe volo
noſtram iam patriā ob hoſtibꝰ obſeſſam atqȝ miſerabilit̄ deſtrctaȝ. Ob
id te ammoneo atqȝ auiſo ne iter verſus nos nūc tempeſtatis (ne te ſpoli
ari et rebꝰ tuis priuari ꝯtingat) arripias Sed potiꝰ tibi ſuadeo atqȝ per
ſuadeo vt ſtudio moralis philoſophie iam dudum a te incepto diu noc
tuqȝ inſudare digneris. vt omnibus ⁊ ſingulis tuis ⁊ amicis et neceſſa-
rijs valeas eſſe paternis in laribus vtilitati glorie atqȝ honori. Uale feli
citer. me quoqȝ vt ſoles ama.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 F 56

Tractatus de modo

Promotoria

Euerendo in xp̄o patri ⁊ principi dn̄o. M. abbati in Campido-
na Paulus leſcher de Eſſlingen optimarum arciuꝫ magiſter
ſui promptitudinem famulatus. Venerād̄e pater venit ad me
Johannes, M. mihi familiariſſimus immo amiciſſimus aſſerens iohan
neꝫ funck pie recordationis p̄ſoluiſſe vniuerſum carnis debitum, Et qꝛ
veſtra paternitas beneficiū illud (qd̄ nunc tempeſtatis vacat) conferre
habet. quamobrem ſui ex parte veſtram reuerentiā que nobis ab altiſſi-
mo eſt collata obnixe oro obſecro atqꝫ obteſtor. q̄tenus ſibi ob intuituꝫ
altiſſimi et mei contemplationem prefatum beneficium conſerre dig-
nemini. Quod ſi veſtra paternitas fecerit deum pro veſtra reuerencia
indubitanter diu noctuqꝫ attencius precabor.

Gratificatoria

Euerendo optimaꝝ artiū magiſtro Conrado ſuterleyn Pau-
lus leſcher de Eſſlingen bonaꝝ artiuꝫ magiſter. S. P. D Quā
q̄ꝫ predilecte fautor nullas hactenus ad vos litteras miſerim
non tamen idcirco factum fuiſſe exiſtimetis quia vos vel veſtra in me
facta tradiderim obliuioni. Quis em̄ niſi ingratus inſolens et inanis
omnino fuerit eam non obſeruaret perpetuo mihi non tam fraternam
q̄ꝫ paternam ſepius oſtenſam in etate pubertatis amiciciā Crede firmi-
ter ꝙ odorem ſeruat diurtine quem noua teſta capit. Vos michi genitor
magis q̄ꝫ amicus eratis. educaſtis me ſcientiis. virtutibꝰ moꝛumqꝫ diſci
plinis. tametſi non tam profunde tamqꝫ vtiliter ſuſceperim, ſicuti effeci
ſtis diligentiſſime quantum in vobis fuit, tamen in vobis omnem dili-
gentiam profiteor. Accuſo vero ſi non ꝓfecerim in me maximā negligē
tiam, tantā itaqꝫ cui apud me amiciciā fore ambigat nemo. quam non
delere poſſit. non oris cōuerſatio. ſiue non miſſio litteraꝝ. ſiue quecūqꝫ
corporalis abſentia. Non em̄ vulgi inter nos amiciciā puta quā probat
vtilitate que de facili rumpitur. ſed potius eam de qua. Hieronimꝰ loq̇-
tur. Vera enim decens eſt illa neceſſitudo et criſti glutino copulata. quā
non vtilitas rei familiaris. non preſencia corporum. non ſubdola ⁊ pal-
pans adulatio. ſed dei timor et diuinarum ſcripturaꝝ ſtudia concitant.
Hec eſt amicicia quaꝫ non delet ſeiunctio corporum non litteratum pre
termiſſio. ſed tantā requirit amicoꝝ beniuolentiam quanta ⁊ q̄ꝫ ſit diu-
turna quies animi in hoc ergaſtulo Itaqꝫ preclariſſime fautor non du
bites quin te non ſolum diligam. ſed et amen donec ſpiritus hos regat
artus. Fuiſſem nihilominꝰ tibi preſens mortua voce ſepius ſi baiulorū
mihi affuiſſet copia. que dum mihi propter loci diſtanciam defuerit et
ſi ſemper ꝓmtus fuerim nequiui tamē. quapropt̄ me excuſatum habe-
re dignemini de mea ſi quam fecerim negligenciam. Vale, et iterū vale.

Pacificatoria

Aulus leſcher de Eſſlingen optimarū arciū mgr̄. Johanni. M.
filio ſuo adoptiuo. Salutē et omne bonū qd̄ te dilectū filiū vt ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 F 56

ſito more conſueui.non vocor hoc faciunt opera tua.quia te contra tuũ germanum petrum oppoſuiſti nulla rõnabili cauſa ſubſiſtente.quod in uitus de te audio.Longam eṁ epiſtolã ad me ſcribis te excuſando.ne in imicis tuis credam.Ego ſolum operibus tuis credam . ⁊ ea que palã vi-deo non poſſum non credere . tua offenſio in tuum fratrem et rebellio erga me notoria eſt Si te cũ fratre tuo volueris pacificare ⁊ vnire quẽad modum bonum decet filium obedire preceptis ſui genitoris.vtar pij pa-tris officio.nec redeuntem filium aſpernabor.Sed potius vitulum ſa-ginatũ apponã.ſicut in euangelio erga ꝓdigum filium obedire precep tis fuiſſe legimus bonum patremfamilias Q̃ȯ ſi pergis genitoris pre-cepta ſpernere et contemnere.ſenties me maiorẽ te. prudens ſis et noſce que aduerſus te fieri pñt et plane intelliges. Vale felix.me q̃ꝫ ſolus ama

Inuitatoria

Reuerendo in xp̃o patri ac dño.dño Alberto abbati in Rot. Jo hannes. N.obedientiã et omne bonuꝫ Ampliſſime veſtre in-ſinuo paternitati.que ſe erga me hucuſqꝫ ſemꝑ beniuola atqꝫ fauorabilẽ oſtendit.q̄ die ſolis ꝓxima ob anime mee ſalutem necnõ me orũ genitoꝝ ꝯtemplationẽ primitias ero celebraturꝰ Ea propter veſtraꝫ dignitatem(que vobis pre ceteris ab altiſſimo eſt collata)ꝯnixe oro ob ſecro atqꝫ obteſtor.quatenus noſtra gaudia atqꝫ feſta bachinalia pſona-liter decorare dignemini . Quod ſi veſtra benignitas adimpleuerit vti non diffido.in maximorum benefitiorũ cumulo collocabo.Profiteorqꝫ me ꝑpetuo veſtre gracie obnoxium.atqꝫ immortali beneficio fore Vale te feliciter. veſtrum famulum q̃ꝫ vt ſoletis amate.

Exhortatoria ad humanitatis ſtudium

